

(X 205 8270)

F. K. 53.

Z c  
1555

FLORENTISSIMO JUVENI,  
**SAMUELI**  
**CNAUTHIO,**  
PHILOSOPHIAE ET LIBE-  
RALIUM ARTIUM MAGISTRO SO-  
LENNITER RENUNCIA-  
TO,

C. S. SCHURZFLEISCHUS.



VITTEMBERGAE,  
Typis MATTHÆI HENCKELII, Academ. Typogr.  
ANNO c D I 156 LXXXVIII.

74.





1842

1842

FLORENTISSIMO JUVENI

SAMUEL

CNAUTHIO

PHILOSOPHIAE ET LIBE

RARIUM ARTIUM MAGISTRO

LENNITZ R. ENIACIA

DE RECURSIVIS

THEATRO SOCIOLOGIA OVERBOROUGH

LIBRARY  
UNIVERSITY OF  
SACHSEN-ANHALT







**D**udum vinculo amicitiae me devinctum habes, quod virtuti tuae debeo, ut intelligas, quanti te faciam, cum sentias, te non alia de causa a me amari, quam propter veram exquisitamque virtutem. Id nisi fatear, iniquus sum & malevolus; quam animi labem refugio, & suum cuique decus tribuo libenter ac rependo. Nam & propius te novi & divinae mentis vim, quam polles, accuratius perspexi, & illud etiam tibi ultrò concessi, ut, si quisquam alius, tu imprimis mecum familiariter esses. Non enim non recordari potes, quo semper in te animo fuerim, quibusque testimoniis amorem tibi confirmarim. Omnia studia tua suavitatis plena sunt, & literis humanioribus quasi sale quodam condiuntur. Venustas tua per mihi grata est, & scribendi elegantia mirificè placet, voluptatemque affert pariter ac delectationem. Expectat te fortuna melior, & honores quoque ampliores decernit, si iusti aequique studiorum existimatores contingant. Auguror, crede, majora tibi





tibi præmia, nec fallit animus, si pretium  
 doctrinæ est, quæ ingenio & sapientiâ con-  
 tinetur. Nulla me tui oblivio capiet, si re-  
 cogitabo sive illud mentis pabulum, quo  
 aluisti industriam, & explevisti animum si-  
 ne tædio satietatis. Perpauci sunt stoma-  
 chi, qui recipiunt statim & digerunt: tuus  
 verò & robore & calore firmus, alieno adju-  
 mento non indiget, & suo ac nativo alimen-  
 to nutritur. Ergo lætum omen fero, pa-  
 tremque venerandum, & fratres optimos  
 societate gaudii conjungo, qui sincero te  
 amore complectuntur. Ceteri dotes tuas  
 mirantur & æstimant, & pulchri exordium  
 operis spectant perinde ac laudant, cupiunt-  
 que mecum, ut solidum CNAUTHII de-  
 cus nunquam intermoriatur. Quod cur fa-  
 ciant, causæ multæ & graves sunt, sed illa ta-  
 men præcipua & singularis, quòd nihil in-  
 sive unquam abs te audierunt, nec vitam  
 non decorè actam contemplati sunt, quam  
 dignis honestisque sermonibus jure meritoque  
 celebrandam putabunt. His accedo pru-  
 dens, & piè precando, pondus addo votis pa-  
 trum sanctissimis, quæ minimè irrita sunt, &  
 veri, nec simulati amoris indicium præbent.

clb lbc XXCVIII. Eid. Octobr.

WMA

M.C.



F.K. 53.

(X 205 8270)

Zc  
1555

FLORENTISSIMO  
SAMU  
CNAU  
PHILOSOPHIA  
RALIUM ARTIUM  
LENNITER R  
TO

C. S. SCHURZE



VITEMBER

Typis MATTHÆI HENC

ANNO 1516

BIBLIOT  
PONICKA

UNIVERSITÄTS-  
HALLE  
(GALE)

